

iudex Robertus de Agatha

70

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Robertus de Agatha

70

1489-12-16

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimo nono. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimoprimo,... mense Decembris, die sextodecimo eiusdem, octave indictionis, Mathere.

Nos Robertus Agathus de dicta civitate... et ibidem annalis iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate,... puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dominus Antonius de Passarellis, domnus Petrus Agathus, notarius Franciscus Degnus, Oliverius de Noha et notarius Dionisius de Tanciis, testes... de affata civitate,... notum facimus... quod... constitutis Petro Masculo de dicta civitate... et Angelo de Carusio de dicta civitate,... prefatus... Petrus... asseruit... habere... medietatem unius gripte cum platea ante ipsam, rignatam et discopertam, in comuni et pro indiviso cum alia medietate ipsius gripte cum Angelo de Carusio predicto, site... in civitate Mathere in contrata seu pictagio santi Antonii Saxi Barisani, iuxta locum vacuum ipsius Petri Masculi ex utroque latere, iuxta ortum dicti Petri in fine platee, iuxta griptam Petri Faldelle, pariete comuni mediante, iuxta Gravilionem in fine platee, via puplica mediante;... et placuit eidem... vendere... supradictam medietatem ipsius gripte... Qua propter... vendidit... prefato Angelo... prefatam medietatem ipsius gripte... sub annuo censu... granorum decem et novem... solvendorum... imperpetuum... presbiteris et clero ecclesie sancte Marie de Veteribus..., nullis eidem Petro... iure, portione vel petitione quibuslibet reservatis, nisi et tantum modo quadam via vicinali per quam ipse

Petrus, sui heredes et successores vel alii habitantes in quadam domo construenda in loco quodam ipsius venditoris, contiguo et coniuncto dicte // gripte ut supra vendite, que domus construenda in dicto loco habeat et habere debeat introitum et exitum ac viam per supradictam griptam vel per plateam ipsius, ad arbitrium ipsius Angeli emptoris; ita... quod habitantes in ipsa possint... comode et habiliter ire, pertransire et reddire...; pro pretio... uncie unius et tarenorum quindecim...

† Ego Robertus Agathus qui supra annalis iudex predicta fateor et me subscripsi † Ego d. Antonius de Passarellis qui supra testis testor † Ego notarius Dionisius de Tanciis qui supra predictis interfui et me subscripsi † Ego domnus Petrus Agathus qui supra testis testor